FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Rectore Magnificentissimo, Serenissimo Regio Principe, Ac Domino, Dn. Friderico Avgvsto, Elector. Saxon. Herede, Ac Reliqva De Vita Iacobi Boehmii, ...

Calo, Johann Adam
Moehring, Anton Günther

Vitembergae, 1707

VD18 90815599

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199853

Visual Library

Franckesche Stiftungen zu Halle

129 D. 7.

Franckesche Stiftungen zu Halle

1. I. F. Buddei Diss. de iure Zelotarum in gente ebraea. Jen. 1720.
2. ch. Io. Adami Calo Diss. de Vita Jacobi Bochmii. Witteb. 1707.
3. Ern. Sal. Cypriani Diss. de propagatione haeresium per cantilenas. recusa Jenae 1713
4. Gottlieb Wernsdorffii Diss. de Inspiratis recentioribus. Witteb. 1715.
5. G. Vockerodti Progr: de re euangelica tertio seculo incipiente sarta tecta et illustribus Ernestinae pietatis institutis exornata, aucta, amplificata. Gothae. d. 31. Oct. 1717.
6. Christian. Adolph. Fischbeck Diss. de magnis Lutheri in maiestatem promeritis. Gothae 1717. d. 3. Nov.
7. G. Vockerodti Progr: Nubila post Iubila. Goth. 1718. prid. Kal. Aug.
8. Hier. Freyeri Progr. de progressu reformationis Evangelicae anno saeculi XVI. incipiendo. Hal. 1720. d. 30. Sept.
9. Io. Dan. Gruberi Schediasma de Innocentio XIII. Hal. 1721.
10. Christoph. Beyeri Diss. de Ignatio. Lips. 1722.
11. I. Langii Diss. prima de haeresium praedictione biblica earumq; propagatione in plerisque Ecclesiis, inprimis Asia. Hal. 1724.
12. — — Secunda, de illis doctrinae capitibus praecipuis, quae per haereses in scriptis Apostolicis memoratas deprauata sunt. Hal. 1724.
13. Magni Theologi Satani historia critica Theologiae Dogmaticae et Moralis. Francof. ad Moen. 1724. ed. aucta.
14. G. Vockerodti Progr: Inclinato rei litterariae et euangelicae inter Protestantes nouae apud Russos incrementa, praesidia et domicilia. Goth. 1725. Mart. 24.
15. Predigt und Leichen-Text der verwunderten Jac. Hahns in Dresden. Anno 1726.
16. G. Vockerodti Progr: euangelicae Veritatis et lautes principii Lutherus, Bucerus, Chemnitius et Gerhardus. Gothae 1726. Jul. 28.
17. Progr. Witteb. ad Disput. inaug. Chart. Croblockii. 1726.
18. — — I. I. Tanzen. 1727.

19. G. Vockerodti Progr. de Jo. Andr. Schmidio. Goth. 1727. Jul. 27.
20. Conspectus Exercitii Orator. de fatis religionis christianae in Britannia. In orphan. Glauch. Ved. Leg. 1728. Jan. 23.
21. Programma Halense Pentec. 1728.
22. Dap. Laur. Saltheuii Diss. de Articulis Smalkaldicis. Regiomonti 1729.
23. Jo. Cl. Reichardi Memoria Inspector. Eccles. Provincialis Gothae 1729.
24. Jo. Christ. Gueinzii Memoria Georgii Wincklerii. Hal. 1729.
25. Conspectus Orationum de admiranda religionis Christ. propagatione et conseruatione: in orphan. Glauch. 1730.
26. — de fatis Eccles. Gallicanae. In paedagog. Leg. 1730.
27. Ern. Frid. Neubaueri Diss. de Reformatione, Hal. 1730.
28. Christiani Ludov. Schlichteri Progr. ad orationem historicam de Ecclesia Reformata. Hal. 1730.
29. Conspectus orat. ad Aug. Conf. 2da memoriam concelebrandam in orphan. Glauch. 1730. in Paedag. Leg. 1730.
30.
31. Jo. Frid. Stiebritz Diss. de naturalibus Lutheri dotibus. Hal. 1730.
32. Progr. ad Sermones de Evangelii ad Indos propagatione, in orphan. Glauch. 1730.
33. E. F. Neubaueri Probusio hist. Saecularis de Caroli V. fauore erga meritis in A. C. Halo 1730.
34. J. C. Gueinzii Epistola ad Frid. Hofmannum de A. C. Pauli Dolschii. Hal. 1730.
35. Cj. — ad Frid. Chr. Seyffert de Synodo in palatio Saltz. Halo 1731.
36. Conspectus examinis in orphan. Glauch. 1732. Jan. 28.
37. J. J. Rambachii Progr. de lectionibus suis. Giess. 1731.
38. E. F. Neubauer Epist. ad J. J. Rambach de singulari Giessensium studio conseruandae puriorís doctrinae. Hal. 1731.

Q. D. B. V.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIO PRINCIPE, AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGVSTO,
ELECTOR. SAXON. HEREDE, AC RELIQVA
DE

VITA IACOBI BOEHMII,

IN ACADEMIA VITEMBERGENSI,
PRO LOCO
IN AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE
BENEVOLE SIBI CONCESSO,
PVBLICE DISSERET,

M. IOANNES ADAMVS CALO,
BELGERA MISNICVS,
COMMILITONE
ANTONIO GVNTHERO MOEHRING,
SERVESTA-ANHALTINO.

AD D. XXIV NOVEMBRIS ANNO MDCCVII.

IN AVDITORIO MAIORI.

VITEMBERGAE, PRELO HAKIANO.

Franckesche Stiftungen zu Halle

I. N. I.

PRAEFATIO.

IACOBVM BOEHMIVM, hominem et absurdum, et diuinae perinde, atque humanae sapientiae rudem, nec desunt, qui cum sequantur, tum quanto eum possunt studio, tueantur. Mirum uero, quo diutius effulsit lux Euangelii, hoc magis reuiuiscere hodie impias sutoris huiusce doctrinas, maioreue, quam unquam antea, conatu ueluti ab umbris reuocari. Quae cum pleno agmine hoc inprimis tempore puriorem Dei coetum infestent, nimisque perturbent modis, haud me ab re facturum existimaui, si qualem habuerint ducem, ac patrem, loco speciminis explicarem. Vt autem eo felicius progrediar, totam tractationem huius instituti dispescam in quatuor capita, ita, ut primum uiri uitam, et mortem, deinde scripta, tum quaedam dogmata exponam, et denique assecias nonnullos subiungam. Prius uero, quam remum ducam, ut hunc laborem susceptum in DEI gloriam expediam, et feliciter, et ex uoto succedant mihi omnia, DEVM invoco religiosissime.

CAPVT I.
DE
VITA ET MORTE IACOBI BOEHMII.

I.

IACOBVS BOEHMIVS, ſicuti infimae ſortis erat homo: ita etiam loco obſcuriſſimo natus fuit. Ortum enim debet, teſte (a) ABRAAMO a FRANCKENBERG pago Palaeo-Seidenburgae, a Goerlitio, Luſatiae ſuperioris urbe, ad alterum fere lapidem diſtanti, ubi anno ſupra milleſimum quingenteſimum ſeptuageſimo quinto lucem aſpexit. Parentes habuit ruſticanos, et inopes, patrem Iacobum, matrem Vrſulam.

(a) *In uita Boehmii praefixa eius operibus § 3. Confer etiam alios, qui uitam huius uiri delineauerunt. In quorum numero recenſeri meretur Antonius Weckius in der Beſchreibung der Churf. Saechſiſchen Reſidenz Stadt Dreſden, Caſparus Sagittarius Introd. in Hiſt. Eccl. C. XXXIII, Abraamus Calouius in Anti-Boehmio p. 4, Ioannes Hoornbeekius in Summa Controverſiarum Religionis L. IV. de Enthuſiaſmo p. 456, Erasmus Franciſci im Gegen Strahl der Morgen Röthe p. 713. Heinrich Anshelm von Ziegler und Kliphauſen in Taegl. Schau Platz der Zeit p. 1362. Io. Frikius in der gründlichen Unterſuchung Iacob Boehmens vornehmſter Irrthümer, Timotheus Daniel Colbergius Plat. Hermet. Chriſtianiſmo Parte I. C. VIII. §. 2. p. 309. ſeqq.*

II.

Aetatem nondum egreſſus puerilem, uelut impoſtor ille (a) MAHOMEDES, et Tremulorum princeps

(a) *De Mahomede uide Io. Hoornbeekium in Summa Controv. L. III. p. 73. Hieronymum Kromayerum in Hiſtor. Eccl. Cent. VI. p. 371. Alexandrum Roſſaeum de Religione mundi p. 205.*

ceps (b) GEORGIVS FOXIVS, pascendis cogendisque rure pecoribus operam locauit. Mox ubi bonitatem ingenii animaduerterent ipsius parentes, eorum iussu (c) exacto decennio, patrium ludum frequentauit. Verum literarum rudimentis imbutus, in officinam sutoriam Goerlitii traditus, anno Christi supra millesimum quingentesimum quarto, et nonagesimo tyrocinium posuit, atque artis suae documentum dedit.

(b) *Quo de lege Magnificum Dom. Io. Georgium Neumannum, Patronum, ac Amplificatorem nostrum sanctissima obsequii lege colendum, in Synopsi Errorum Fanaticorum, quos Tremuli moderni fouent Disp. I. §3. (c) Io. Hoornbeekius Libro allegato p. 456. [d] Auctor uitae Boehmii l. c.*

III.

Ita ad artem exercendam, quam factitabat, illiberalem adhibitus, de uitae socia cogitare coepit, eodemque anno, Catharinam, uirginem, Ioannis Kunschmanni, lanionis, ac ciuis Goerlitiensis filiam domum duxit. Huic deinde fidem, et castitatem semper praestitit, quatuor filiorum parens, quos ipsi uxor, qua cum triginta annos uixit, (a) pepererat.

[a] *Allegatus auctor uitae Boehmii l. c.*

IV.

Sed ad ineuntem aetatem reuertor, in quo puero tempestiue apparuisse dicitur, qualis iste, quantusque olim esset futurus. Si enim [a] ABRAAMO a FRANCKENBERG fidem tribuo, duo celebritatis suae praesagia habuit hic BOEHMIVS. Alterum fuisse scribit, quod puer pecora pascendo in cauernam cuiusdam montis praeter spem, atque opinionem ingressus, magnas pecunias, a quibus tamen abstinuerit, inueniisset: alterum uero, quod uir ignotus, nescio quis, ipsum in officina absente magistro adiuisset, simulque,

empto calceorum pari, ita ipsum appellasset: *Iacobe, tu quidem paruus es, sed magnus, et plane alius homo eris, ut mundus te admiraturus sit. Propterea pietatem cotas, Deum timeas, uerbum eius magni aestimes. Lubenti cumprimis animo diuiniores literas legas, quae te consolari aeque, ac erudire possunt. Nam multa pati Te oportebit, sed intrepido modo sis animo. Deo enim es carus, et ille tibi est propitius.*

(a) *Copiosus est in his enarrandis memoratus auctor l. c. §. 4. 9. Quid uero de iis sit habendum, optime explicuit Ioannes Christophorus Holzhusius in Capistrato Boehmicolarum Rabulap. 72. 74.*

V.

Quibus diuinationibus fretus, maioris sanctimoniae specie Theologiae magis, quam opificio operam locauit. Sed cum ad controversias, quae etiam uiris magnae eruditionis negotia faciunt, Theologicas assequendas, ineptus esset, agnitionem ueritatis a Numine sapientissimo supplex implorauit. Ex quo factum scribit (a) ABRAAMVS a FRANCKENBERG, ut, ubi artis sutoriae ergo peregrinaretur, divina quadam ecstasi ad coelestia contemplanda, fruendaque per spatium septem dierum abriperetur.

(a) *L. c. §. 7. Adde Boehmium ipsum in Aurora C. XIX. §. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. p. 230. sqq.*

VI.

Post haec quinque, et uiginti annos natus, statim sub initium seculi sexti rursus lumine diuino illuminatus (a) dicitur, et subita apparitione uasis stannei ad intimum fundamentum naturae ita inductus, ut e figura, signatura, coloribusque omnium creaturarum naturam explorare, ac cognoscere posset.

[a] *Abr. Franckenberg l. c. Abraamus Calouius in Anti-Boehmio p. 4. Boehmius in Epist. ad Casparum Lindnerum Anno 1621 d. 10 Maii scripta, legitur uero haec in ipsius Theosophischen Send-Briefen p. 74.*

VII. Ter-

VII.

Tertium diuinitus, (si credere fas est) decennio post afflatus, subito magnus fieri laborauit. Hinc Teutonici nomen Philosophi assumpsit: hinc triti illius uerbi: Ne sutor ultra crepidam, negligens, animum ad scribendum applicauit, duobusque elapsis annis Auroram suam, librum insolitis loquendi formulis iuxta, et multis opinionum portentis oppletum, magno Ecclesiae damno(a)publicauit.

[a] *Idem Franckenbergius l. c.*

VIII.

Atque ita talem se esse, qui salutis nostrae dogmata impugnaret, ualde se prodidit. Qua de causa magistratus Goerlicienſis tum priuatis, tum publicis admonitionibus GEORGII RICHTERI, qui munere primarii sacerdotis fungebatur, permotus, librum, quem dixi, ei non tantum abstulit, sed ipsum etiam, ut a scriptione librorum abstineret, ex oppido(a)eiecit.

(a) *Idem Franckenbergius l. c.*

IX.

Altero post die in ciuitatem receptus, operas sutorias tractando magistratui obsequium praestitit. Veruntamen septem anni praeterierunt, cum denuo prophetam prae se ferret, quartum iactitabat, ueluti afflatu DEI excitatus. Priuatas enim scholas aperuit, et in libris conscribendis, totque erroribus in diuinum coetum inuehendis, usque ad supremum uitae tempus fuit (a)occupatus.

[a] *Memoratus auctor l. c.*

X.

Nihil autem est mirum, cur plurimos, qui ad fundamentum religionis pertinent, articulos corruperit, curque a puriori Dei coetu discesserit. Qualis enim fuerit doctor, talis discipulus esse solet. Vsus fuit magistris, sicut

ſicut ipſe non tantummodo (a) BOEHMIVS, uerum etiam (b) HENRICVS MORVS, (c) CHRISTIANVS BECMANNVS, (d) ERASMVS FRANCISCI, (e) AVGVSTVS PFEIFFERVS, (f) IOANNES FECHTIVS atteſtantur, hominibus fanaticis, et Enthuſiaſmo maxime addictis. Legit (g) THEOPHRASTVM PARACELSVM, (h) CASPARVM SCHWENCKFELDIVM, (i) VALENTINVM WEIGELIVM, (k) IESAIAM STIEFELIVM, (l) EZECHIELEM METHVM, (m) PAVLVM NAGELIVM, aliosque quam plurimos, quos omnes in ſuccum et ſanguinem conuertit, et ſedulo eſt imitatus.

(a) *Lib. de tribus Principiis C. X. §. 1. p. 95, ubi dicit: Ich habe vieler Meiſter Schrifften durchſuchet &c.* (b) *Cenſura Philoſophiae Teutonicae Opp. Phil. Tom. I. p. 529. ſqq.* (c) *Exercitatione Theologica XXI, in qua triginta loca parallela Paracelſi, et Boehmii collegit.* (d) *Gegen-Strahl der Morgen Röthe C. VII. p. 748.* (e) *Antichiliasmo C. II. §. 26. p. 64. Item fuſius in der Gerechten Sache, welche wieder Iacob Spenern verthadiget C. IV. §. 38. p. 185.* (f) *Praelectionibus in recentiores Controuerſias Theologicas C. II. de Boehmio. Adde quoque, ſi tibi placet, D. Hinckelmannum, qui ſcribit: Was Iacob Boehmen anlanget, ſo kan ich auff mein Gewiſſen bezeügen, daß ich ſeiner Schrifften nicht den vierten Theil geleſen. Aber aus dem wenigen, das ich geleſen, habe ich nicht anders urtheilen koennen, als ſeine Theologia ſey eine Vermengung der Paracelſiſchen Philoſophiae, und voll Weigelianiſchen Irrthümer, auſſer was er ſelber noch mag ex ſuo ingenio hinzugethan haben. Apud Holtzhuſium in Capiſtr. Boehmicol. Rabula p. 66.* (g) *De hoc uiro lege Melch. Adami in Vitis Medicorum, Paulum Freherum in Theatr. Vir. Illuſtr. p. 1223. Quenſtedium in Dialogo de Patriis Illuſtr. Doctr. et Script. Vir. p. 132.* (h) *Ipſius uitam delineatam uide apud Conradum Schluſſelburgium in Catalogo Haereticorum L. IX. p. 27.* (i) *Idem uideatur Schluſſelburgius, Kromayerus in Scrut. Religionum Diſp. VI.* (k) *Hoornbeekius Summa Controv. p. 462.* (l) *Euſebius Bohaemus in Epit. Hiſtor. Eccl. p. 1024. Io. Micraelius in Syntagm. Hiſtor. Lib. III. p. 506.* (m) *Aug. Pfeifferus Antichiliasmo p. 68.*

XI.

XI.

Fontes Scripturae Sacrae, teste (a) ABRAAMO CALOVIO nunquam cognouit. Graecarum Latinarumque literarum expers, Hebraeae item, aliarum Orientis linguarum penitus fuit ignarus. Propterea commentum esse arbitror, quando siue ab ipso (b) *BOEHMIO*, siue ab (c) aliis, qui hominem sequuntur, ipsum uirtute suae linguae, quam naturalem dixit, omnes linguas intellexisse temere gloriatur.

(a) *Anti-Boehmio p. 3. 4.* [b] *Libr. de terrestri, ac coelesti mysterio Text. 7. §. 6. p. 99.* [c] *De Dauide Schweinizio, equite expresse legimus, quod dixerit: So wuste er auch alles, ob wir gleich Lateinisch, Frantzoesisch redeten, was wir geredet hatten. Sagte auch wir, moechten reden, in was vor Sprache wir wollten, er würde es dennoch verstehen. Ex Epist. Ehr. Hegenitii, Senatoris Goerlitiensis, d. 21. Febr. 1669. Goerlitii edita.*

XII.

Aeque fidem meretur, quicquid quod (a) CORNELIVS WEISNERVS, (b) QVIRINVS KVHLMANNVS, (c) EHRENFREDVS HEGENITIVS, (d) GODOFREDVS ARNOLDVS, personatus ille (e) IOANNES MATTHAEVS, aliue de nostro BOEHMIO fabulantur. Posita enim fronte scribunt, istum in Proto-Synedrio, quod Dresdae est, coram Principe Electore, cum a summis Theologis, MATTHIA HOE, AEGIDIO STRAVCHIO, BALTHASARE MEISNERO, FRIDERICO BALDVINO, IOANNE GER-

[a] *Relatione de Iacobo Boehmio, praefixa eiusdem operibus.* [b] *Neübegeisterten Boehmen C. VI. p. 42. 43. apud Calouium in Praefatione Anti Boehmii.* [c] *Iterum apud Calouium eodem libro.* [d] *In der Kirchen und Ketzer Historie Tom. II. C. XIX. §. 8. 9.* [e] *Summarische Errinnerung betreffend die andere wiederfechter der goettlichen, und durch das einfältigste Werckzeüg den Iacob Boehmen er öffneter Mysterien p. 23.*

ARDO, POLYCARPO LYSERO, tum etiam ab aliis duobus Professoribus, uiris ingenio, uaria linguarum, artium, ac rerum potissimum Mathematicarum scientia magnis, non minus fuisse examinatum, quam approbatum. Qua in parte, aliis rationibus omissis, quibus hanc sententiam corroborare mirum in modum studeant, ad literas quidam prouocant, quas ABRAAMVM CALOVIVM IACOBO VVELLERO, et IACOBVM VVELLERVM ABRAAMO CALOVIO ea de causa scripsisse (f) fingunt.

(f) *Utrasque has Epistolas suppeditat nobis Ioannes Frikius in der Gründlichen Untersuchung Iacob Boehmens uornehmster Irrthümer C. 1. §. 26. Epistola Calouii huius est tenoris: Ihr Hochwürden der Herr Vater hat meines Gedencken mir uor etlichen Jahren unterschiedene Facta wegen Iacob Boehmens zu Goerlitz und seines Glaubens und Wandels erzehlet, welches mir aber in Copia Laborum Ecclesiasticorum, in meinem schweren Ampte, aus dem Gemüthe kommen. Nun habe ich in der Nachbarschafft einen uornehmen Hochgelehrten Mann, hohen Stands, und Verstands, welcher seiner Theosophi anbaenget, daß er vor der Welt als ein Christ lebet, und andern mit solchen tugendhafften Exemplarischen Leben uorleuchtet, daß auch ich, alle Nachbahren und Neben-Christen sich darob zu verwundern haben. Allein hier kommet mir bedencklich vor, daß er wegen Theilung Seele, Geistes und Leibes gleichsam Enthusiastisch dem Boehmen nach in vielen Sachen schliessen will. Bitte dahero Euer Hochwürden des Herrn Vaters Theologisches werthes iudicium, was hievon zu statuiren. Wittenberg den 6 Octobr. Ao. 1657.*

Responsio VVelleri.

Hochwohl-Ehrwürdiger, in Gott geliebter Herr Sohn. Dessen Hand-Brieff, darinnen er wegen Iacob Boehmens Schrifft, Lehre, Lebens und Wandels, auch derer so ihm beyfallen, Nachricht und mein Bedencken verlanget, habe ich mit guten Bedacht durchlesen, und gebe den Herrn Sohn nachrichtlich zuvernehmen, wie daß, nachdem Herr Gregorius Richter, und andere dem Consistorio allhie von des Menschen Lehre und Glauben priuatim viel sagten,

als

als wann er ein Unchrist waehre, beybracht. Welches sie in Consistorio reifflich erwogen, und mit Ihr. Durchl. Genehmhaltung ihn hieher fodern laßen; da denn so viel von ihm, als einen frommen Manne bedaechtige Antwordt erfolget, daß nicht sonder Verwunderung die Consistoriales seine Geistl. Gaben, da sie von Gott dem Schein nach seynd angehoeret, und ihn in Frieden heimziehen laßen. Meinem iudicio nach kan Gott, wie den Aposteln, als armen Fischern, seiner Allmacht gemaeß, noch heute andere im Geist der Wissenschafft staercken, und was er den Klugen verborgen, den Unverstaendigen offenbahren. Heisset also, richtet nicht, verdammet nicht; welches ich und Niemand hier conscientiose thun kan. Dresden 20 Octobr. Anno 1657.

XIII.

At enim uero, quae omnia esse suspecta, immoque plane conficta, quilibet, qui circumstantias paulo penitius considerabit, iudicare poterit. Vt enim alia taceam, id uel exinde potest intelligi, quod de hoc examine apud BOEHMIVM ipsum altum sit silentium. Quae enim res si ita esset, procul dubio BOEHMIVS ipse testis hoc examen collaudasset, inprimis cum contentiones habuerit cum aduersariis. Ad quod illud accedit, quod nec quisquam commemoratorum Theologorum in ullo suo scripto hac de re aliquid scripserit. *Si enim*, ut cum (a) IOANNE FECHTIO loquar, *tantus Theologorum conuentus ob Boehmium conuocatus esset, fieri non potuisset, quin res diutnasset in uulgus, eiusque rei, uel alicui saltem in aliquo scripto publico memoria occurreret.* Neque magis ueritati conuenit, CALOVIVM ad WELLERVM, et VVELLERVM ad CALOVIVM literas dedisse, cum ipse harum CALOVIVS literarum in scriptis suis nullam fecerit mentionem. Contra ea legimus, CALOVIVM plane nihil de hoc unquam examine audiuisse. Praestat enim diserta ipsius

[a] *Praelect. MSC. in recentiores Contr. Theologicas C. II. de Boehmio.*

uerba hic repetere, quae (b) sequuntur: *Ego etiam de eo sciscitatus sum inclytum Proto-Synedrium Dresdense per Dn. Secretarium, Theodorum Wernerum, sed testatus est, se ab Illustr. Dn. Praeside iussum esse de inquirendis actis, nihil autem inuenisse. Vnde arbitror, totam relationem Kuhlmanni de hoc examine confictam esse, et fabulam Kuhlmanni, quales ab illo plures excogitatae sunt: quales omnino arbitror etiam esse, quae ibi p. 43. leguntur, quod nempe Iacobus Boehmius examinatoribus ἀντερωτήματα uicissim in illo examine proposuerit.*

(b) *In Praefatione Anti-Boehmii. Plura de hoc examine lege apud Holzhusium in Capistr. Boehm. Rabula p. 83. Io. Frikium in der gründlichen Untersuchung Iacob Boehmens vornehmster Irrthümer C. I. p. 53. seqq. Erasmum Francisci in der Zerbrechung der Spott und Laester Pfeile Leui, und Simei aduersus personatum M. Io. Matthaeum p. 200. Antonium Weckium in der Beschreibung der Stadt Dreßden, p. 318. 319. Timotheum Danielem Colbergium Plat. Hermet. Christ. C. VIII. p. 317.*

XIV.

Denique ad mortem uiri quod attinet, maligna febris hebdomadas quatuordecim eum afflixit. Morbus autem magis magisque auctus, cum omnem uim medicamentorum eluisset, ad uitae exitum se se comparauit. Propterea M. ELIAE THEODORO (a) edita doctri-

(a) *Priusquam ipse sacro se muniret, de doctrinae, et peccatorum confessione edenda a M. Elia Theodoro admonitus, et interrogatus, nescio tamen, qua pietate, ac mente respondit. Se credere (1) Deum esse unum in essentia, et trinum in personis: (2) Hominem imagine Dei lapsu amissa, periturum fuisse, nisi Deus, misericordia commotus, ipsi Filium suum unigenitum dedisset: (3) Duas esse in Christo distinctas naturas, diuinam scilicet, secundum quam cum Patre, et Spiritu Sancto unius sit essentiae, atque gloriae; et humanam, in plenitudine temporis in unitatem Personae Filii Dei assumptam: (4) Pium hominem ex mera gratia Dei beatitudinem nancisci: (5) Nisi Christum, nullum alium es-*

doctrinae, et peccatorum confessione, uiatico sacro se instrui curauit. Neque ita multo post, quam mortis horam praedixisset: Transeo nunc, inquit, ad Paradisum. Decessit uero anno supra millesimum sexcentesimum, quarto et uicesimo, die V Kalendas Decembres annos natus nouem, et quadraginta.

se Salvatorem, fide apprehendendum: (6) *Verbum Dei praedicatum, et sacramenta esse media salutis:* (7) *Dogmata, quae in nostra Ecclesia proponuntur, cum literis diuinioribus consentire:* [8] *Sacra coena se quam saepissime fuisse usum:* (9) *Peccatorum suorum se poenitere:* (10) *Denique se, si ex morbo conualesceret, in sinu Ecclesiae nostrae permansurum. Videatur Elias Theodorus in Epistola ad Io. Rothium data, praefixa operibus Boehmii.*

XV.

Funus mortuo faciendum necessarii, et partium eius studiosi summo studio curarunt. Nam a sacerdotibus Goerlitiensibus ubi impetrare non potuissent, ut consueto more efferretur, primo praecipuum consulem, tum uniuersum magistratum (a) adierunt. Quare huius suasionibus Ordo sacer commotus, defuncto officium aequum perinde, ut pium praestari uoluit. (b) Funebrem ipsi concionem habuit M. ELIAS

 THEO-

(a) *Franckenberg l. c.*

[b] *Loco textus concionis funebris debuit de uoluntate assclarum explicari dictum illud, quod legitur Apocalypseos Diui Ioannis, Capite tertio, commate quinto: Qui uicerit, uestietur uestimentis albis, et non delebo eius nomen de libro uitae, et confitebor nomen eius coram Patre, et coram angelis eius. Placuit uero M. Eliae Theodoro, istud pro concione oraculum interpretari, quod extat in Epist. D. Pauli ad Hebraeos, C. IX. v. 27. Et, sicuti illud manet homines, ut semel moriantur, postea uero iudicium. Ex quo Propositionem fecit: was ein ieder frommer Christ sein gantzes Leben lang gedencken, und für Augen haben soll. Quam sic partitus est, ut explicaret* [1] *communem mortalitatem* (2)*

THEODORVS, sacerdotibus ceteris, excepto Primario, sub id tempus aegrotante, usque ad coenobium funus comitatis. In memoriam uiri non modo (c) epitaphium, quod a quibusdam postea iuxta fuit conspurcatum, assectae exstruxerunt, sed etiam unus ex illis MICHAEL CVRZIVS [d] carmine quodam obitum deplorauit.

* horae mortis inaequalitatem (3) termini fatalis propinquitatem (4) morendi difficultatem (5) corruptionis foeditatem (6) mortis unitatem (7) habitaculi novitatem, et tandem (8) iudicii extremi severitatem. Exordium petitum erat ab oraculo, quod legitur Deveronomii C. XXXII. v. 29.

[c] *Quod epitaphium ita allegatus auctor Abraamus a Franckenberg l. c. describit: Wahr ein schwartz höltzern Creutz mit dem Hebraischen Nahmen IHSVH und 12 güldenen Sonnen-Strahlen, darunter ein Kindlein auff dem Todten Kopff mit auffgestützen Arm und Haupt ruhend, mit diesen 8 Buchstaben V. H. I. L. I. C. I. C. so oben ausgelegt, unterschrieben. In einem breiten Oual-Circul oder felde stunden nachfolgende Worte: Aus Gottgebohren, in IHSVH gestorben, mit dem Heiligen Geiste versiegelt, ruhet allhier Iacob Boehme von Alt Seidenburg, den 7 Novembr. umb 6. Uhr Vormittag im 49. Jahr seines Alters seeliglich verschieden. Zur Rechten, von mittag her, wahr gemahlet an dem Creutz ein schwartzer Adler auff einem hohen Berge, der trat mit seinem lincken Schenckel einer grossen gewundenen Schlangen auff den Kopff, in dem rechten hielt er einen Palmen zweig, und mit dem Schnabel empfing er einen aus der Sonnen dargereichten Lilien Zweig, dabey nicht übel gestanden VIDI. Zur Lincken des Creutzes von Mitternachts waerts, stund ein mit einer güldenen Krohne und Creutz gekroenter Loewe, mit dem rechten Hinter-Fuse auff einem gevierten Eckstein oder Cubo, mit dem lincken aber auff dem umbgekehrten Reichs Apffel oder Globo, hielt in der rechten foerder Potten ein Feuer-Flammendes Schwerdt, in der lincken ein brennendes Hertz, wobey sich fein geschicket das VICI. Mitten aber unter dem breiten Oual Reyme der Grabschrifft, an den Stamm des Creutzes stund ein Lamm mit einem Bischoffs Hute, und Infel, wie sonsten dergleichen in der 29sten*

derer

derer 32. magischen figuren Theophrasti Paracelsi zu finden. Unter einem Palm Baum bey einer springenden Brunnquellen auff einer grünen Auen unter den Blumen sich weydende, allwo stund VENI, und solche drey Worte von dem einigen Worte Christo auff folgende weise zuverstehen.

VENI *In mundum Satanam descendere* VIDI!
Infernum VICI! VIVITE *Magnanimi.*

Letzlich stunden von unten bey der Erden an des Creutzes Stamme hinauff, seine letzte Worte:

Nun fahr ich hin ins Paradeiß,
Da selbst gibt er Gott Lob und Preiß:
Wir sehen nach und warten auff,
Biß wir auch enden unsern Lauff;
Herr Iesu komm, fuhr uns zu Hauff.

(d) In obitum auctoris.

Nissiades Musae, si queis non ferrea corda,
Huc properate citae, et mecum ingeminate querelam
Tristem, quae feriat miserando sidera planctu.
Quis sistet lacrumas moestis, fontesque dolorum
Obstruet? in melius quis coecis omnia uertet?
En ferus autumnus, spoliat qui gramine campos
Et foliis arbusta suis, sylvasque decore,
Moesta nimis miseris fert fata, cietque querelas,
Dum, IACOBE, uirum te talem surripit urna
O Boehmi decus et melioribus agnite paucis:
Ergo sub tristi ponam mea membra cupresso,
Decantans querula tibi carmina tristia uoce,
O Pater, et uitae nostrae pars maxima Boehmi.
Non genus antiquum iactabo, aut stemma parentum
Nobilius, quod amat mundus iactantque nepotes:
Agricola nam patre satum sub luminis auras
Edidit ipsa etiam talis paupercula mater.
Quid mirum? Nec enim genus est hoc nobile, mundo
Quod placet; est pietas genus omne et stemma bonorum:

Hae.

Haec puerum et iuuenem comitata est usque senemque,
Hac clarus memores inter post funera uiues.
Quis puerum docuit? doctus Ludine Magister?
Quae Schola te talem fecit? num culta Lycaea?
An Plato Philosophus? sapiensue recentior ullus?
Haerebas minimis operis, et puluere in imo
Spretus opus manuum tractabas: sed tua quod nunc
Scripta solo passim spacioso sancta leguntur;
Effecit solus, cui spernitur omne superbum,
Quique humiles adamat, laudes puerilibus oris
Et sibi grata parans linguarum munera in imis.
Terris tres superant nati tibi coniuge ab una,
At dubito ulterius proles tibi masculа triplex,
An scriptis fuerit uitam extensura uetustas.
Quid Deus, et natura potens, quid terra, polusque
Angelus, et Satanas, homo quid, quid claustra Barathri,
Quaque uia ad Christum miseris, quo tramite eundum,
Omnia diuino monitu, ductuque docebas.
Oppositit Satanas frustra: quia dextra potentis
Te tota texit uita ceu pupulam Ocelli.
Cursibus expletis at nunc subis astra, relictis
In terris grauibus curis, et triplice uinclo
Triste uale ingeminans: tepido nos lumine fletu
Prosequimur funus moesti, optamusque subinde,
Vt liceat nobis aeque quoque spicula dira
Quam primum in Christo, qui uita est, frangere mortis.
Ergo uale aeternum, aeterna fruitorque quiete:
Non te uexabit, sed nos fera turba malorum,
Omnibus his uictis te laeta mente sequemur.
Tandem uere nouo cum iudicis ante tribunal,
Quicquid terra uorax, tristisque recondidit orcus,
Sistetur, sacris et nos sociabimur una
Coetibus; ut laudes Iouae sine fine canamus.

MICH. CVRZIVS, Goerl.

CAP. II

CAP. II.
DE
SCRIPTIS IACOBI BOEHMII.

I.

MIssis iam iis, quae de Boehmii natiuitate, uita, atque morte dixi, de scriptis, si a uero illud minus alienum, quod omnium auctor sit, quae sub nomine ipsius uenditantur, uidetur exponendum. Haec uero ita recensebo, quemadmodum ABRAAMVS a FRANCKENBERG, secundum ordinem annorum, ista (a) commemorauit. Quare primo in iis loco poni debet *die Morgen-Roethe in Auffgange*, siue, ut a BALTHASARE WALTHERO Latine est nominatum, Aurora. Qui libellus uti anno millesimo sexcentesimo duodecimo in lucem editus, in multorum fuit manibus: ita eodem anno, auctori a magistratu Goerlitiensi ablatus, in occulto latere coepit. In curia autem Goerlitiensi per spatium septem, et uiginti annorum conseruatus, cum a Paulo Scipione, consule, Principis Electoris Saxonici aedium magistro, GEORGIO a PFLVG donaretur, ab eodem equite in Hollandiam missus, cum opera ABRAAMI WILLEMI a Beyerland, ciuis, ac mercatoris Amstelodamensis in linguam Belgicam translatus, tum eiusdem sumptu Amstelodami anno quadragesimo primo, post millesimum sexcentesimum prelo subiectus magno Ecclesiae damno lucem denuo (b) uidit.

(a) *L. a. §. 16.* (b) *Idem auctor l. c. §. 13.*

II.

Anno seculi decimo nono uulgauit librum istum, qui inscribitur Descriptio trium principiorum diuinae

essentiae, cui est annexa Descriptio triplicis uitae in homine, uel, ut cum auctore ipso loquar, *die Beschreibung der drey Principien Goettliches Wesens, et Appendix: Gründliche und vvahre Beschreibung des dreyfachen Lebens im Menschen.*

III.

Anno uicesimo libros confecit sex:

I. *Hohe und tieffe Gründe von dem dreyfachen Leben des Menschen, nach dem Geheimnüß der drey Principien Goettlicher Offenbahrung.*

II. *Antvvordt auff die von D. Balthasarn Walthern verfaste viertzig Fragen von der Seelen Urstand, Essenz, Wesen, Natur und Eigenschafft, vvas sie von Evvigkeit in Evvigkeit sey. Darbey am Ende beygefüget ist, das umgevvandte Auge von der Seelen, und ihrer Bildniß.*

III. *Drey Theile von der Menschvverdung Iesu Christi.*

IV. *Von sechs Puncten hohe und tieffe Gründung. (1) von Gevvaechse der drey Principien; vvas ein iedes in sich, und aus sich selber für einen Baum oder Leben gebaehre. Wie man den Grund der Natur erforschen, und erkennen soll. (2) von dem vermischten Baum Boeses und Gutes. Oder das Leben der drey Principien in einander, vvie sich das vereinige und vertrage. (3) von Urstande der Wiedervvertigkeit des Gevvaechses, in dehme das Leben selber streitig vvird. (4) Wie der heilige und gute Baum des evvigen Lebens aus allen Gevvaechsen der drey Principien aus und durchvvachse, und von keinem begriffen vverde. (5) von Baum und Lebens Gevvaechse der Verderbnüß, vvie ein Leben verderbe, das ist, vvie es aus der Quaal der Liebe und Freuden, in eine Quaal des Elendes trete, vvelches allen andern Leben zu vvieder ist. (6) Von Leben der Finsternüs, darinnen die Teufel vvohnen, vvas das für eine Geburth und Quaal habe.*

V. Gründ-

V. Gründlicher Bericht von Irrdischen und Himmlischen Mysterio, wie dieselbe in einander stehen, wie das Irrdische und Himmlische offenbahret werde.
VI. Von den lezten Zeiten an P. R.

IV.

Vicesimo primo scripsit
I. De signatura rerum, h. e. von der Geburth und Bezeichnung aller Wesen.
II. Trost-Schrifft von vier Complexionen, h. e. Unterweisung in Zeit der Anfechtung für ein staets-trauriges angefochtenes Hertz.
III. Apologiam an Balthasarn Tilken.
IV. Bedencken über Esaiae Stiefels Büchlein von dreyerley Zustand des Menschen, und dessen neuen Geburth.

V.

Vicesimo secundo in lucem iterum emisit quatuor scripta:
I. Von der wahren Busse.
II. Von der wahren Gelassenheit.
III. De Regeneratione.
IV. De Poenitentia.

VI.

Vicesimo tertio consignauit
I. Tractatum von der Gnaden-Wahl, oder dem Willen Gottes über die Menschen.
II. Mysterium magnum, oder Erklaerung über das erste Buch Mosis von der Offenbahrung Goettlichen Worts, durch die drey Principia Goettliches Wesens, auch von Ursprung der Welt, und der Schoepffung.

VII.

Vicesimo quarto conscripsit
I. Tabulam Principiorum von Gott, und von der grossen und kleinen Welt.

II. Von übersinnlichen Leben, in einem Gespraeche eines Meisters und Jüngers vorgestellet.
III. Hochtheure Pforte von Goettlicher Beschauligkeit.
IV. Von den zvvey Testamenten Christi.
V. Ein Gespraech, einer erleuchteten und unerleuchteten Seele.
VI. Apologiam vvieder den Primarium zu Goerlitz, Gregorium Richterum.
VII. Von 177 Theosophischen fragen.
VIII. Außzug des Mysterii magni.
IX. Von heiligem Gebeth.
X. Taffel Goettlicher Offenbahrung der drey Welten.
XI. Von Jrrthum Ezechiel Meths.
XII. Von Jüngsten Gerichte.
XIII. Theosophische Send-Brieffe an unterschiedliche Personen.

VIII.

Qui libri, postquam semel lucem spectarunt, uariis in locis Amstelodami, Halberstadii, Quedlinburgi, Francofurti sunt recusi. Quas omnes quidem editiones suo ordine commemorare possem: sed cum operae me pretium uix facturum putem, saltem non dissimulabo, omnium esse optimam, quam, omnes libros in se complexam sermone nobis uernaculo, Amstelodami, anno seculi sexti octogesimo secundo, Boehmistae publicari curarunt, hac inscriptione: *Des Gottseeligen hocherleuchteten Iacob Boehmens, Teutonici Philosophi, alle Theosophische Wercke. Darinnen alle tieffe Geheimnüsse Gottes, der evvigen und zeitlichen Natur und Creatur samt dem vvahren Grunde Christl. Religion und der Gottseeligkeit, nach dem Apostolischen Gezeugniss offenbahret vverden. Theils aus des Auctoris eigenen Originalen, theils aus den Ersten und nachgesehenen besten Copyen auffs fleissigste*

sigste corrigiret, und in Beyfügung etlicher Clauium, so vorhin noch nie gedruckt, nebst einem zweyfachen Register den Liebhabern Göttlicher, und natürlicher Weisheit zum besten an Tag gegeben, zu Amsterdam Anno 1682.

CAPVT III.
DE
DOGMATIBVS IACOBI BOEHMII.
I.

A libris ad praecipuas, quae scriptis continentur, sententias accessum facio, quas non confutare, sed ut rerum gestarum scriptor paucis enarrare studebo. Nolo autem istas oppugnare, propterea, quod partim illud negotium ad forum Theologicum spectet, partim etiam, quod ab (a) aliis iam dudum ad lydium lapidem ea examinata, firmioribus pariter atque argumentis uellicata fuisse sciam.

(a) *Omnes huc pertinent, tum, qui ex instituto Boehmium refutarunt, tum, qui sparsim contra ipsum scripserunt. In numero priorum primi habentur Georgius Richterus, et Balthasar Tilke, nobili genere natus, quos uiuo Boehmio Boehmii aduersarios liquet. Nam in operibus Boehmii et fit mentio libelli Richteri, cuius haec est inscriptio*: Iudicium Gregorii Richteri, Goerlitii Ministri Ecclesiae patriae Primarii de fanaticis sutoris Enthusiastici libris, quorum tituli sunt: (1.) Morgen-Roethe in Aufgange, (2.) der Weg zu Christo, (3.) uon der wahren Busse ad auertendas sinistras de ministerio Goerlitiensi suspiciones, *et Apologiae Boehmii contra Tilkium. Ceterum libellus Richteri excusus fuit Goerlitii, Anno 1624. Anno quadragesimo tertio seculi sexti publicauit Dauid Gilbertus Admonitionem contra Scripta Boehmiana: cui cum Io. Theodorus a Tschesch, nobili genere oriundus defensionem Boehmii opponeret,*

anno proximo David Gilbertus Apologiam edidit in lucem. Huic Tscheschio, Antagnostius Gerardus, religioni Pontificiae addictus, scriptum Latinum opposuit, cui titulus: Ne sutor ultra crepidam. De quibus rebus lege Calouium Anti-Boehmio, p. 119. Gisbertum Voetium P. II. Politicae Eccles. Tract. 1. C. 1. p. 218. Timotheum Danielem Colbergium, Parte 1. Hermet. Plat. Christianismo C. VIII. p. 327. Aug. Pfeifferum Anticbiliasmo C. II. p. 65. Anno septuagesimo nono publicauit Tobias Wagnerus, Primarius Academiae Tübingensis Theologus, Propempticum Iudicium de scriptis Iacobi Boehmii. Ante hunc anno scilicet septuagesimo sexto scripsit Stadae Ioannes Fabricius eine Wiederlegung Iacob Boehmens. Quibus adiungi debent Ioannes Müllerus, in tractatu, quem inscripsit: der Fanatische Atheist aus des Ertz-Enthusiasten Iacob Boehmens Schrifften, Erasmus Francisci im gegen Strahl der Morgen Röthe, in Heterodoxia Boehmiana, et in Zerbrechung der Spott und Laester Pfeile Levi und Simei, aduersus personatum M. Ioh. Matthaeum, Abraamus Calouius in Anti Boehmio, Io. Christophorus Holtzhusius partim in Anmerckung über Iacob Boehmens Auroram, partim in Capistrato Boehmicolarum Rabula, Timotheus Daniel Colbergius Parte II. Plat. Hermet. Christianismi, Abraamus Hinkelmannus in Detectione fundamenti Boehmiani, Io. Frikius in der gründlichen Untersuchung Iacob Boehmens vornehmster Irrthümer. Qui sparsim Boehmium confutarunt inter quam plurimos nominandus est Ioannes Olearius in Synopsi Errorum Fanaticorum, Samuel Schelguigius in Synopsi Controuersiarum, sub pietatis Praetextu motarum, Magnificus Dominus Georgius Neumannus in Synopsi Errorum Fanaticorum, quos Tremuli moderni fouent, Georg. Christ. Eilmarus in gülden Kleinod Evangelischer Kirchen.

II.

Primum non minus, ac ipsi Apostoli ad immediatam illuminationem aeque, ac inspirationem (a) prouocat.

(a) In Theosophischen Send-Briefen, Epistola ad Carolum ab Endern data §. 10. p. 9. Epist. X. ad Abraamum a Sommerfeld, et Falckenheim § 17. p. 52. Libr. de Signatura rerum C. IX. §. 60 p. 101. Aurora C. VII. §. 11. p. 46. Apologia contra Tilkium §. 301 p. 218

uocat. Hinc auctoritatem Scripturae Sacrae, cum cetero Fanaticorum grege, quam maxime suggillat. Eam enim clamat (b) erroneam, (c) imperfectam, (d) obscuram: immo etiam (e) literam mortuam, cuius in homine conuertendo nulla sit uis, atque potentia.

[b] *Aurora C. XIII. §. 8. p. 137. C. XIX. §. 79. 80. p. 243. C. XX. §. 2. p. 249. C. XXVI. §. 117. p. 356. C. XXVII. §. 138. p. 360.* [c] *Libr. de tribus principiis C. IIX. §. 16. p. 73.* [d] *Libr. de tribus principiis C. XVII. §. 103. p. 232.* (e) *Libr. de triplici uita C. XVI. §. 23. p. 277.*

III.

De Deo quam absurde, tam impie loquitur. Ipsum (a) uocat aeternum nihil, et silentium aeternum: ipsi, tanquam ex certis fontibus (b) generato, corpoream essentiam (c) adscribit, atque Trinitatem personarum in unitate ipsius diuinae essentiae (d) inficiatur.

(a) *Libr. de signatura rerum C. VI. §. 8. p. 44. L. de terrestri, et coelesti Mysterio Text. I. §. I. p. 1. L. de praedestinatione C. I. §. 3. p. 5. Mysterio Magno C. I. §. 2. p. 7. Apologia contra Stiefelium §. 98. p. 56. 57. et §. 145. p. 65. L. de uita triplici C. I. §. 36. p. 13.* (b) *Aurora C. VI. §. 3. p. 41. C. XXIII. §. 16. p. 301.* (c) *Aurora C. V. §. II. p. 34.* (d) *Mysterio Magno C. VII. §. 5. p. 34.*

IV.

Christi, et Spiritus Sancti diuinitatem (a) impugnat. Mysterium incarnationis ex arte chymica demonstrare (b) contendit. Christum carnem suam e coelo

(a) *Lege de hoc Io. Frikium libro allegato C. VI. §. 7. p. 418. C. VII. §. 2. p. 489.* (b) *L. de signatura rerum C. VII. §. 26. p. 57. de incarnatione Iesu Christi §. IX. §. 14. p. 66. C. XII. §. 18. L. de tribus principiis C. XIIX. §. 40. p. 255. C. XXII. §. 45. p. 346. §. 81. p. 354.*

coelo attuliſſe (c) narrat. Ipſum Seruatorem mundi minus agnoſcit, ſed totum ipſius meritum reiicit, ac unumquemque in ſua religione ſaluari poſſe (d) profitetur.

(c) *Myſterio Magno C. X. §. 57. p. 59. L. de tribus principiis C. XIIX. §. 4. p. 256.* [d] *Aurora C. XXII. §. 52. p. 290. L. de triplici uita C. XI. §. 82. p. 200. Apologia contra Balthaſarem Tilkium §. 405. p. 233. Myſterio Magno C. XL. §. 77. ſqq. p. 360.*

V.

Deum eiusmodi rerum conditorem credit, qui ex ſua (a) eſſentia una cum malis (b) angelis omnes creaturas (c) aeternas creauerit, in quibus omnibus creaturis tres (d) reperiantur mundi: unus igneus et tenebricoſus; alter lucidus; tertius elementaris.

[a] *L. de tribus principiis C. I. §. 3. p. II. Aurora C. IV. §. 28. 30 p 31. Tractatu von Goettlicher Beſchauligkeit C. III. §. 13. p. 187.* (b) *Aurora C. XV. §. 72. p. 188.* (c) *Aurora C.* XIII. *§. 108. p. 152. In Quaeſtione decima nona de anima §. 7. p. 98.* [d] *L. de regeneratione C. II. §. 3. 4. 5. 6. 7. 8. p. 116. 117. Epiſtola 12. ad Caſparum Lindnerum p. 75.*

VI.

Angelis, ante mundum conditum, ex patre ſecundum ipſius hypotheſin (a) factis, corpus atque membra (b) attribuit, eosdemque in tres claſſes ſecundum ordinē SS. Trinitatis (c) diſpeſcit, quorum uni praeſit Michael in magnitudine Dei Patris; alteri lucifer in pulchritudine Filii Dei; tertio Vriel in lumine Spiritus Sancti.

(a) *Aurora C. III. p. 18. §. 18.* (b) *Aurora C. VIII. §. 2. p. 54. C. VI. §. 12. p. 42.* (c) *Aurora C. VII. §. 4. p. 45. C. XII. §. 86. p. 129. §. 94. p. 130.*

VII.

Diabolum eſſe partem Deitatis, e natura et eſſentia Dei patris (a) productam ſine ulla animi haeſitatione aſſeuerat.

(a) *Aurora C. XIV. §. 91. p. 173. Apologia contra Balthaſarem Tilkium §. 521. p. 249.*

VIII.

Animam humanam pro ipſa eſſentia diuina (a)

[a] *Quaeſtione de anima §. 278. p. 56.* uenditat

uenditat, atque hominem ante lapsum fuisse (b) hermaphroditum, corpusque angelicum (c) habuisse, comminiscitur.

(b) *Tractatu de tribus principiis C. XII. §. 38. p. 129. item p. 138. §. 61. Mysterio Magno C. XVII. §. 2. p. 104. Aurora C. XVII. §. 18. p. 209.*

IX.

Imaginem Dei, ad quam primi parentes conditi fuerunt, (a) describit per quandam conformitatem cum tribus istis principiis: igneo, lucido, et elementari, in tribus hominis essentialibus partibus: anima, spiritu, ac corpore consistentibus: ita ut homo ante lapsum tam bonus, quam malus (b) fuerit.

(a) *Mysterio Magno* C. XVII. §. 17. 18. *seqq. p. 99. De regeneratione* C. II. §. 4. *p. 116. L. von Goettlicher Beschauligkeit* C. II. §. 3. *L. de sex punctis* C. VI. *Plura de hoc lege apud Colbergium Parte* II. *Plat. Hermet. Christianismi* C. III. §. 6. *p. 162. 163.* (b) *L. de regeneratione* C. III.

X.

Duo in Deo esse principia cum veteribus haereticis MANICHAEIS, aliisque (a) asserit: bonum alterum, unde oriantur bona; et malum alterum, ex quo mala. Ex quo consequitur, ipsum statuisse Deum auctorem peccati.

(a) *Theosoph. Quaest. q. 14. §. 4. p. 48. L. de tribus principiis* C. IX. §. 30. *p. 89. Mysterio Magno* C. IIX. §. 24. *p. 41.*

XI.

Iustitiam Christi nobis imputatam (a) ridet, dicitque dari inhabitantem, et essentialem in nobismet ipsis. Quemuis enim pium hominem esse Deum, Christum, et Spiritum Sanctum (b) docet.

(a) *Theosoph. Send-Briefen Epist 20. §. 7. p. 110. L. de praedestinatione* C. X. §. 38. *seqq. p. 157.* (b) *Aurora* C. XXII. §. 46. *p. 289.* C. XXIII. §. 13. *p. 300.*

XII.

Infantibus a piis parentibus procreatis, baptismum (a) denegat, baptismumque (b) diuidit in internum, et externum. Internum uocat Spiritus lauacrum: externum aquae lauacrum.

(a) *Quaestione 14. de anima §. 7. p. 83. De sex punctis* C. IIX. *p. 56. 57. 58. L. de baptismo* C. IV. *p. 43.*

XIII.

In sacra coena distribui tantum mumiam, siue spirituale Christi corpus, ac coeleste, et coelestem ipsius sanguinem, siue spiritualem (a) somniat.

(a) *Lib.* II. *de sacra coena* C. III. §. 2. *p. 60.*

XIV.

Ministerium publicum iuxta, ac libros nostros Symbolicos contemptim (a) habet, inspirationes, motusque internos Spiritus Sancti expectari mandat. Potestatem denique (b) remittendi peccata sacerdotibus denegare non ueretur.

[a] *Vide Calouium in Anti-Boehmio p. 88. Parte* II. *de incarnatione Jesu Christi* C. VII. §. 12. *p. 149.* [b] *Libro de praedesti natione* C. XIII. §. 11. *sqq.*

XV.

Porro in Academias scholasque nostras miris modis (a) inuehitur, et gradus Academicos disputationesque de sacris argumentis (b) reprehendit.

[a] *L. de uita triplici* C. XV. §. 7. *p. 263.* [b] *Aurora* C. XXII. §. 34. *De triplici uita* C. VII. §. 8. *p. 116.* C. XVI. §. 34. *p. 282. 283. De praedestinatione* C. XII. §. 64. *p. 189.*

XVI.

Post mortem dari quoddam purgatorium (a) docet, sed distinctum tamen a purgatorio Pontificiorum.

XVII. De

(a) *Quaestione decima octaua de anima §. 14. p. 101. p. 116. §. 8. §. 17 §. 13. 16. Theosophische Send-Briefe Ep. 22. §. 10. p. 117.*

XVII.

De resurrectione nostra stulte (a) blaterat, et futura coelestia gaudia, ac infernum magis (b) inficiatur, quamcredit.

(a) *Theosophischen Send-Briefen §. 47. p. 36. Quaestione trigesima de anima §. 80. 83. p. 133. 134.* [b] *In übersinnlichen Leben §. 36. seqq. p. 152. 155. L. de sex punctis* C. IX. §. 34. p. 67.

CAPVT IV.

De QVIBVSDAM ASSECLIS IACOBI BOEHMII.

I.

Quamuis autem eiusmodi commemoratas sententias rudis iste calcearius excogitauerit: alias tamen, illis aduersas, moribundus confessus est. Serione, an simulate fecerit, omniscientiae Dei potius committendum, quam nobis diiudicandum. Ceterum, ut nulla unquam fuit haeresis, ab ipso etiam auctore eiurata, quin suos postea inuenerit sectatores: ita hoc ipsum mataeologiae Boehmianae euenit, adeo quidem, ut etiam discipuli magistro multo peiores esse uideantur.

II.

In his Boehmii sectatoribus primum mihi uenit recensendus BALTHASAR VVALTHERVS, Glogauia Silesius, artis medicae Doctor, et Chymicus celeberrimus qui et primus fere Boehmii amicus, et praecipuus aestimator, et pane contubernalis fertur. Is, postquam de immediatis BOEHMII reuelationibus fama pertulisset, Goerlitium profectus, huius uiri contubernio iuxta, ac familiaritate per spatium trium mensium est usus. Sicut autem VVALTHERVS, peragratis sex annos, Syria, Aegypto, Arabia, Chaldaea, abdita rerum

sublimium arcana didicerat, a Chaldaeis, Arabibusque non Astronomiam solum, et Chymiam, sed etiam Magiam, Cabalam, et alias doctrinas (a) edoctus: ita Boehmium aliqua earum scientia per tempus impertiuit. Atque ita alter ab altero didicit: VVALTHERVS a BOEHMIO somnia, BOEHMIVS a VVALTHERO gustum uariarum rerum accepit, sique nihil aliud, magnam certe Chymicorum, Cabalisticorumque nominum farraginem (b) hausit. Huic VVALTHERO BOEHMIVS libellos suos emendandos Dresdam (c) submisit, ubi sub id tempus Doctor Medicus, Electorali Laboratorio Chymico praefuit. De quo addo, problemata quadraginta de anima Boehmio soluenda proposuisse, quae a IOANNE ANGLIOVVERDHAGIO in latinum sermonem conversa An. MDCXXXII. Amstelodami in lucem (d) emissa sunt, quorum haec est inscriptio: Psychologia uera. Ad has quaestiones BOEHMIVS singulari libello, cuius secundo iam capite facta est mentio, respondit.

(a) *Conferatur, quem saepe allegaui, Abraamus Franckenbergius l. c. §. 18.* (b) *Sicuti refert aeque, ut affirmat Io. Christoph. Holzhusius l. a. p. 79.* [c] *Erasmus Franciſci in Zerbrechung der Spott und Laester Pfeile Levi, und Simei p. 223.* (d) *Abr. Franckenbergius l. c. Quae omnia etiam traduntur in Dissertatione de Fanaticis Silesiorum, et speciatim de Quirino Kuhlmanno, quam Magnificus Dom. Gottlieb Wernsdorfius, Patronus, et Amplificator studiorum nostrorum omni honoris studio, et obseruantiae cultu perpetuum uenerandus, Respondente M. Gottlieb Liefmanno, Ao. M. DCXCVIII. publice habuit, §. XIX.*

III.

In tempora fanatici nostri incidit ABRAAMVS FRANCKENBERGIVS, AMADAEVS a FRIDLEBEN

BEN, a se ipso (a) appellatus, eques literarum peritissimus, et quamuis non in loco permodestus. (b) Dedit ipsum quidam pagus, in Principatu Olsnensi situs, anno supra millesimum quingentesimum nonagesimo tertio. Cum omnibus fere religionibus studeret, factum est, ut erroribus inprimis BOEHMII, quo cum familiariter uixit, adhaeserit, librosque quam plurimos Boehmismum redolentes scripserit. Publici iuris facti, hac inscriptione (c) sunt notati:

In forma quarti.

I. Epistolar Buch.
II. Erkaentniss Gottes.
III. Von Greuel der Verwüstung, oder Geheimniss der Bosheit.
IV. Von Grund der Weisheit.

In forma octaui.

Drey Epistel.

In forma duodecimi.

I. Via Veterum Sapientum.
II. Mir nach, das ist: eine ernstliche und treuhertzige Vermahnung an alle Christliche Gemeinden zum heiligen und Gottseligen Wandel, in dem Fürbilde und Nachfolge, durch eine Stimme in der Wüsten, Matth. III. 3. auffgesetzet von Abraam von Franckenberg. Franckfurth am Mäyn und Amsterdam, bey Henrico Betkio, et Consorten. Anno 1675.
III. Oculus Sydereus.
IV. Raphael.
V. Scriptum Theomanticum.
VI. Kleine Hauss-Schule.
VII. Von dem Ort der Seele.
IIX. Von Schaden Josephs.
IX. Trias Mystica.
X. Gemma Magica.

Vitam cum morte commutauit, cum sexagesimum annum superasset, anno sexcentesimo supra millesimum quingentisimo secundo. Triplici Symbolo (d) gauisus est, quod addere, nec plane erit incongruum:

I Iesus mea nobilitas.

Est *mea nobilitas* mihi solus, et omnia *Iesus*,
Quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

II. Antiqua uirtute fideque.

Glorior *antiqua* Domini *uirtute fideque*,
Quid mihi cum mundo? glorior in Domino.

III. Mihi sufficit unum.

Sufficiant bona plura bonis, *mihi sufficit unum*,
In quo cuncta latent dona, Iehoua bonum.

Hinc *Monotrias*:

Antiqua uirtute fide mihi sufficit unus,
Qui *mea nobilitas*, *Iesus* amorque meus.

Cetera
Omnia, ut somnia, fumus,
Vana, dolor, compes, orbis confusio, luctus.

Epitaphium uiuus sibi (e) posuit sequens:

Vita Christi, *Mors* Adami
ROS
Hic Ego
Abraamus a Franckenberg, *cui*
Deus Pater, *Ecclesia* Mater,
Christus Frater, *Crux* Soror,
Uxor Conscientia, *Liberi* Studia,
Amicus Spiritus S.
Famulis S. Angelus,
Domus Terra, *Coelum* Patria,
Cognatus Proximus,
Professio Christianismus,
Nomen Patingenio,
Symbolum acquiesco,
Hoc ago.

Adam nouus homo abluit. Adam uetus quod perdidit.

(a) Calo-

[a] *Calouius in Anti-Boehmio, et quidem ibidem Catalogo Boehmii asseclarum, Timotheus Daniel Colbergius in Plat. Hermet. Christian. Part. I. C. VIII. p. 327.* (b) *Henningus Witte in Diario Biographico P. I.* [c] *Colbergius l. a. Calouius partim in Dedicatione Bibliorum Germ., ult. Epist. ad Rom. partim in praefatione Anti Boehmii. Witte l. c.* [d] *Summe-Reuerendus Gottlieb Wernsdorfius in Dissertatione iam allegata §. XVIII.* [e] *In eadem Dissertatione §. XVIII.*

IV.

Hinc memorandus quoque est TOBIAS KOBERVS, Doctor Medicus apud Goerlitienses celeberrimus, et poeta inprimis non uulgaris. Hic in tanto pretio Boehmium habuit, ut ipsum uirum (a) θεόπνευστον non tantum dixerit, uerum etiam cum ipso crebras literas commutauerit. Boehmii enim literae ipsi rescriptae (b) extant in eius epistolis, quae uocantur Theosophische Send-Briefe. Scripsit autem praeterea cum multis aliis (c) Obseruationes Castrenses, et (d) epistolam, ad equitem IOANNEM SIGISMVNDVM SCHVVEINICHENIVM, hereditarium in Schvveinhaus, et Hohndorff de morte, ac sepultura IACOBI BOEHMII. Huic adiungo CORNELIVM VVEISNERVM, et FRIDERICVM KRAVSIVM, Medicinae Doctores, uariae lectionis uiros. Namque et his magnus cum BOEHMIO intercessit usus, atque cum ipso per literas frequenter fuerunt colloquuti. Prior, quantum ego scio, et reperi, in lucem (e) emisit paginas nonnullas de IACOBI BOEHMII mansuetudine, et eius examine, cui Dresdae coram Principe Electore se subiecerit; posterior uero praeter multas Epistolo-

(a) *Epist. ad equitem a Schweinichen praefixa operibus Boehmii.* (b) *p. 245 p. 249. p. 252. p. 256.* (c) *Godofredi Arnoldi Ketzer Historie Tom. II. C. XIX. §. 59.* [d] *Praefixa est, uti iam dictum fuit, Operibus Iacobi Boehmii.* [e] *Vide Boehmii Opera.*

Epistolas, quae adhuc supersunt, (f) diuulgauit librum, qui inscribitur, Via salutis.

(f) *Conferas Dissertationem laudatam Magnifici Domini Wernsdorfii.*

V.

BOEHMIO mortuo innotuit IOANNES THEODORUS a TSCHESCH, primum FRIDERICI PALATINI, tum IOANNIS CHRISTIANI, Principis Bregensis senator sanctior. Is usque adeo religionem Boehmianam amplexus est, ut defensionem Boehmianam concinnare non dubitauerit. Praeter enim Apologiam, qua de supra (a) dixi, Admonitioni DAVIDIS GILBERTI contra scripta Boehmiana, oppositam, duas epistolas in laudem Aurorae Ao. MDCXLI. (b) contexuit, annexas Aurorae Amstelodami sumptibus Henrici Betkii Ao. MDCLXXVI. formis expressae. Quemadmodum autem multas peregrinationes susceperit: ita multa fata tulit, quae omnia pluribus (c) exponit saepe allegatus Magnificus Dominus WERNSDORFIVS.

[a] *Confer Caput III. huius Dissertationis, §. I.* (b) *Holzhusius libro citato p. 8.* [c] *Dissertat. commemorata §. XVII.*

VI.

Institutum Boehmii quoque secutus est (a) ELIAS PRAETORIVS, sacerdos Euangelicus, a se ipso nominatus, qui An. MDCXLIV. germanicum diuulgauit scriptum de *Abusu Ministerii in hodierno Christianismo*. Quo in libro quaestionem mouet: *Verum hodierni ecclesiarum concionatores in quacunque religione ministerium N. T. probe teneant, eoque fungantur?* Quod postulatum sine pudore inficiatur, propterea, quod ipsorum uocatio non sit diuina: quod Theologiam cum Philosophia misceant: quod essentialia membra Ministerii, tam uerbi diuini, quam Sacramentorum adulterent: quod Sacerdotum fructus non sequatur fructus

ctus Spiritus S., nec carnalis uitae abnegatio, et mortificatio: quod non sint Spiritus ministri, sed literae: quod doctrina ipsorum, et uita aduersentur doctrinae, et cruci Christi, eorundemque ministerium carnale tantum, propriique commodi, et lucri causa (b) habeatur. Praeter hunc alios quoque libros doctrinarum BOEHMII plenos (a) euulgauit, utpote:

I. Postillam Euangeliorum Mysticam.
II. Praxin Arndianam.
III. Das Euangelische Iüdenthum.
IV. Den unbekandten Christum.
V. Hertz-Wecker, oder ein Gebeth Buch.
VI. Praxin Dauidicam.
VII. Medullam Tauleri.
VIII. Heimische Prüffung.
IX. Fürstlicher Iugend Spiegel.
X. Heerbold.
XI. Hertzens Theologiam.
XII. Emblemata sacra.
XIII. Meditationem über Nun komm der Heyden Heyland.
XIV. Meditationem über Herr Christ der einige Gottes Sohn.
XV. Arndium Rediuiuum.
XVI. Von der VViedergeburth.
XVII. Vaterlandes Praeseruativ.

(a) *Quem Praetorium etiam sub aliis nominibus, Bernardi scilicet Baumanni, Andreae Seüberlich, Christiani de Montaldo, et Montaltii latuisse refert Augustus Pfeifferus Antichiliasmo C. II. §. 28. p. 71.* [b] *Has omnes rationes adductas iisdem fere uerbis narrauit Io. Hoornbeekius in Summa Contr. L. VI. p. 535.* (c) *Tim. Dan. Colbergius Part. I. Plat. Hermet. Christ. C. V. §. VII. p. 239. sqq.*

VII.

Tibias item BOEHMII inflauit FRIDERICUS BRECLINGIUS, Zyvollae in Sallandia, sacris quondam o-

peratus. Multo enim in Boehmistis fuit clarissimus, et magnum librorum numerum in lucem edidit. Inclaruit potissimum circiter annum supra mille sexcentos, sexagesimum primum. Scripta eius, BOEHMII erroribus referta, quemadmodum ab (a) ABR. CALOVIO, et (b) TIMOTHEO DANIELE COLBERGIO annotata sunt, sequentia erunt:

In forma octaui.

I. *Religio libera; Persecutio relegata; Tyrannis Exul; et Iustitia redux, edita Freystadii Ao. MDCLXIII.*

II. *Biblia pauperum, Euangelium der Armen Ao. MDCLXIV.*

III. *Libertas, et Potestas Ecclesiae uindicata Ao. MDCLXIV.*

IV. *Biblia, siue uerbum diaboli ad suos Ministros, Apostolos, et Successores in mundo Ao. MDCLXVI.*

V. *Regina Pecunia, Mundi Politica, et Anti-Christi Theologia, edita Freystadii A. MDCLXIV.*

VI. *Speculum repurgatum.*

VII. *Ruffende Stimme von Mitternacht.*

VIII. *Christus Iudex.*

In forma duodecimi.

I. *Christus cum suis Prophetis, et Apostolis rediuiuus, Ao. MDCLXI.*

II. *Maiestas et Potentia, Libertas et Iustitia, Spes et Victoria, Triumphus et Gloria Christianorum cum Capite Christo, Amstelodami apud Christophorum Conradum Ao. MDCLXIV. Pharisaeismus detectus, conuictus, iudicatus; et Christianismus uindicatus, Amstelodami Ao. MDCLXIV.*

IV. *Triumphus ueritatis.*

V. *Christliche Send-Schreiben an den König in Dännemarken.*

VI. *Speculum seu Lydius Lapis Pastorum.*

VII. *Evviges Evangelium.*

VIII. *Ankündigung des Gerichts.*

IX. *Ana-*

IX. Anatomia mundi.
X. Excidium Germaniae, Daniae.
XI. Tribunal Conscientiae.
XII. Unterthaenige Supplication an den König in Daennemarck.
XIII. Mysterium iniquitatis.
XIV. Catechismus der Einfaeltigen.
XV. Mysterium Babylonis.
XVI. Christus triumphans.
[a] *Praefatione Anti-Boehmii, et Dedicatione Bibl. Germ. ult. Epist. ad Rom.* (b) *Libro allegato C. V. p. 251.*

VIII.

Neque tacitus praetereo IOANNEM ROTHIVM, gente Batauum, BOEHMII sectatorem, et Enthusiastam famosum. Hic, ubi in Anglia instantem, quam iactitabat, quintam Monarchiam Christi annunciare coepisset, omnesque reges Europaeos, epistola quadam, idiomate Latino conscripta, admonuisset, ut coronas aeque, ac sceptra deponerent, in carcerem est coniectus. Eo autem liberatus aliis in locis Ao. MDCLXXIII. prophetias suas diuulgauit, atque docuit, regnum anno proximo, id est, quarto et septuagesimo certo incepturum. Anno post sexcentesimo supra millesimum septuagesimo septimo Hagae, ut homo mente captus, fuit detentus.
(a) *Plura de hoc uide apud Augustum Pfeifferum Antichiliasmo C. II. §. 27. p. 69. sqq. Anti enthusiasmo C. IV. §. II. p. 268. sqq.*

IX.

Post hunc colloco QVIRINVM KVHLMANNVM, qui fanaticis opinionibus usque ad delirium adhaesit, omnemque ingenii uim ad tuendum Boehmismum contulit. (a) Prodiit is in lucem d. XX. Iulii, Anni MDCLI. Vratislauiae, atque miserrimo mor-

eis genere Moscouiae in primaria Imperii huius urbe Ao. MDCLXXXX. periit. In ipsa autem iuuenili aetate documenta (b) edidit, qualis, quantusque esset euasurus. Namque cum doctores suos subtilibus aeque, ac spinosis disputationibus fatigaret, meruit, ut Rector IOANNES FECHNERVS publicum de ipso uaticinium efferret: *Aut tu olim magnus eris Theologus, aut magnus haereticus.* Quod uaticinium euentui respondit. Nam nque, quam impie fidei articulos cum BOEHMIO impugnet, quamque nefarie libros Ecclesiae nostrae Symbolicos, sanctum ministerium contemnat, ex scriptis ipsius satis superque (c) ostendit decus nostrae Academiae WERNSDORFIVS. Vt ob breuitatem alia eius scripta omittam, duo hic memoranda esse puto: Alterum (d) inscribitur: *Hundert und funffzig Weissagungen und Offenbahrungen der güldenen Lilien und Rosen Zeit, oder der glorwürdigsten Iesus Monarchiae:* (e) Alterum: *Der neubegeisterte Böhme, begreiffend hundert funffzig Weissagungen mit der fünfften Monarchie oder dem Iesus Reiche des Hollaendischen Propheten Iohann Rothens über einstimmend, und mehr als 1000000000 Theosophische fragen allen Theologen und Gelehrten zur Beantwordtung fürgeleget, wie wohl nicht eine eintzige ihnen zu beantwordten, wo sie heutige Schul-Manier, sondern Gottes Geist folgen. Darinnen zugleich der so lange verborgene Lutherische Anti-Christ abgebildet wird, zum allgemeinen Besten der höchst-verwirrten Christenheit, in einem freundlich, sanfften, und eyffrig feurigen Liebes-Geiste ausgefertiget an des Lutherthums Könige, Churfürsten, Printzen und Herren, wie auch alle hohe Schulen und Kirchen, Gemeinen Europens, zu Leyden Ao. 1674.*

(a) *Videatur Henningius Vitae Diario Biographico Parte II. p. 168.* (b) *Gottlieb Wernsdorfius l. c.* [c] *l. a.* (d) *Caluinus Praefatione Anti-Boehmii.* (e) *Idem auctor eodem loco.*

X. Si-

X.

Sicuti autem huius hominis fanatici dogmata non minus impia sunt, quam prorsus conficta: ita nec illud cum ueritate congruit, quando HENRICVM MVLLERVM, Theologum Rostochiensem in numero Boehmii asseclarum esse (a) affirmat. Istud autem assertum uerbis *Mulleri*, quae leguntur in libro, qui inscribitur *Epistolische Schluss Kette p. 858.* corroborare maxime studet. At enim uero grauem huic uiro inferri iniuriam, sufficienter omnino docent tum uerba Müllleri a Kuhlmanno allegata, tum etiam omnia scripta huius orthodoxi Theologi, in quibus nihil, nisi quod cum literis diuinioribus sit consentaneum, nostrates Theologi legerunt. Quod reliquum est, nullus dubito, quin MVLLERVS hanc contumeliam sibi illatam scriptis uindicaturus fuisset, nisi anno post altero, quam Boehmius rediuiuus uenisset in lucem, e uita (b) excessisset.

(a) *Timotheus Daniel Colbergius Parte I. Hermet. Christ. C. VIII. p. 323. Calouius in Anti-Boehmio p. 34.* (b) *Wernsdorfius l. a.*

XI.

Ego potius cum nostratibus Theologis, Boehmistis annumero M. IO. IACOBVM ZIMMERMANNVM, Ecclesiae cuiusdam in ducatu Würtenbergico Diaconum, uirum scientias mathematicas egregie callentem. Qui, postquam ob errores in Ecclesiam introductos, ab officio Ao. MDCLXXXIX esset motus, Chiliasmum maiore longe, quam antea studio defendit, multasque de Boehmismo postea turbas excitauit. Assumpsit autem nomen Ambrosii Seehmanni de Caminiec, sub quo publicauit sequentem librum: *Mutbmaßliche Zeit Bestimmung gewiß gegenwaertiger beyder*

Göttlichen Gerichten über das Europaeische Babel, und Anti-Christenthum ietzigen seculi, als auch hierauff erfolgenden herrlichen Anfangs des herrlichen Reichs Christi auff Erden. Inter dogmata eius illud non fuit postremum, quod acerrime defenderet, Boehmium fuisse prophetam diuinitus afflatum. Quod dogma, uti Hamburgi maxime diuulgatum est: ita multorum adeo infecit animos, ut infelices illae, quae Ecclesiam Hamburgensem multis deinceps annis afflixerunt, turbae ex Boehmismo (a) orirentur.

(a) *Io. Fechtius in Prael. MSC. in recentiores Controuersias, C. II.*

XII.

Multos denique alios hic referre possem, in quorum numero nec postremi sunt, testibus nostratibus Theologis,(a)PHILIPPVS IACOBVS SPENERVS, IO. GVILHELMVS PETERSENIVS, GODOFREDVS ARNOLDVS; at cum ego breuitati maxime studeam, istique uiri, cum ceteris aliis, sub tecto magisque plausibili Pietistarum nomine latitare, quam, seruato Boehmii nomine, Boehmistae appellari malint, nihil prorsus de iis, ac aliis addo, sed potius colophonis loco libros Boehmismum redolentes subnecto,(a) quos ego apud GODOFREDVM ARNOLDVM citatos reperi. Sunt autem sequente:

I. *Idea Theologiae Christianae iuxta principia Iacobi Boehmii, Amstelodami edita Ao. 1687.*
II. *Idea, Chemiae Boehmianae adeptae, Amstelodami Ao. 1690.*
III. *Die Himmlische Wolcke, Amstel. Ao. 1694.*
IV. *Offenbahrungen der Offenbahrungen Ao. 1695.*
V. *Der Henochianische Wandel mit Gott, Amst. 1696.*
VI. *Die Gesetze des Paradieses Amst. 1696.*
VII. *Die Wunder der Schöpffung Gottes geoffenbahret, und der*

der Auctorin vvürckl. zu erkennen gegeben in 8 unterschiedlichen Welten, Amst. 1696.

VIII. Eine Botschafft an die Philadelphische Societaet Amst, 1696.

IX. Der Baum des Glaubens, oder Lebens Baum, so in Paradeiss Gottes vvaechst, vvo von alle Wunder der neuen Schöpffung ausgeben müssen. 1696.

X. Die Arche des Glaubens, als ein Anhang des vorhergehenden, und eine Entdeckung der neuen Welt in sich haltend, Amst. 1696.

XI. Des Garten Brunnen oder Diarii erster Theil Ao. 1697.

XII. Des Garten-Brunnen oder Diarii anderer Theil, dessen dritter Theil nachfolgen sol, in vvelchen drey Theilen alle Göttl. Offenbahrungen, so der Auctorin von 1670. biss 1680. aus gnaden geschehen, enthalten sind, Amst. 1697.

XIII. Offenbahrung einer Botschafft des evvigen Euangelii, Amst. 1697.

XIV. Theologia Mystica oder geheime und verborgene Goettliche Lehre von dem evvigen Unsichtbahrligkeiten. I. P. M. D. 1698.

(a) Vid. Derer Theologorum zu Wittenberg Christ Lutherische Vorstellung Parte I. p. 77. D. B. Io. Deutschmannus in der Abgenöthigten, und in der That auffrichtigen Antvvordt der Theologischen Facultaet zu Wittenberg über die Christ Lutherische vorstellung Parte I. p. 4. 91. 492

(b) Kirchen und Ketzer Historie Tom. II. L. XVII. C. XIX. §. 59. Plura huiusmodi scripta possunt legi apud Calouium Praefatione Anti-Boehmii, et Dedicatione Biblio. Germ. ult. Epist. ad Rom.

TANTUM.

DEO SIT LAVS, HONORQVE.

129 D: 7

Franckesche Stiftungen zu Halle

Franckesche Stiftungen zu Halle